Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26062
Copyright: Admont, Benediktinerstift

gultibus 7 dolore humiliter supplicauit ut arma ipsa deponat. Et dum hec
tor aquiescere denegat. Andrometa sepius in terram ruit ante pedes ipsius. Dicens
si mei denegas miserere misereaminis saltem huius paruuli nati nec matris ipsius et
filii tui amara morte depereant aut premendium exules paupertate nimia ima
xima uerecundia deprimantur. Regina autem hecuba mater ipsius. Cassandra
7 pollisena sorores eiusdem 7 helena prostrate ante pedes eius in lacrimis ipsum ro
gant ut depositis ipsis armis tutus in sua regia conquiescat. At ille eam nec mo
uetur ad lacrimas nec ad preces. Armatus igitur a palatio suo descendit equum ascen
dit dum iter ad bellum intendit iter omnino festinus. Set Andrometa tamen ex multo dolo
re ueluti mente capta ad Regem Priamum scissis uestibus laceratis genis 7
sparsis sine lege capillis accessit exclamans sic et faciem suam unguibus lacerauit
rat sanguine undique defluente quod uix agnosci poterat a suis notis. 7 se ante Re
gis pedes in multo dolore prosternens ipsum monet 7 lacrimose precatur ut ad hec
torem festinus accederet. Et ut ipsum ad palatium reuocet 7 reducat antequam im
misceri se bello contingat. Rex igitur Priamus nulla mora protracta equum ascendit. hec
torem festinus insequitur quem antequam plurimum elongasset peruenit ad eum. 7 eius
equi habenas uelud irato animo interceptas hectorem monet 7 rogat in lacrimis
ut per numina deorum ipsum adiurat ut redeat 7 ulterius non procedat. Cum demum in
multa contradictione iussum patris obtemperans redit inuitus 7 in palatium suum a
scendit nec tamen arma quibus erat indutus deponere parauit bellum autem interim leta
le conuictum. Diomedes 7 Troilus bello conueniunt ambo in equorum cornibus
se grauiter impetunt in dulsis ictibus lancearum. Et indubitanter tunc alter alterum
peremisset nisi quia Menelaus cum acie sua peruenit ad illos qui certamen ambo in
uicem separauit. Menelaus autem in Regem Miserem irruit animose ipsum ab equo
deiecit. Greci Regem Miserem capiunt 7 captum asportare nituntur. Nisi tunc
Troylus uelociter occurrisset qui in suis uiribus 7 sue potentie acie. Regem
Miserem ne duceret captiuus uiriliter impediunt. Greci uero uidentes quod eum
captiuum ducere non ualebant. posuerunt incidere eius caput. Set tunc superuenit ille
fortissimus Troilus qui multis tunc peremptis interfectis ex Grecis ipsum ab eorum ma
nibus liberauit. Tunc Thelamonius Aiax cum tribus milibus pugnatorum bellum in
trauit in Polidamam irruit ipsum prostrauit ab equo. Set Troylus festinus
occurrit qui Polidamam in equum suum fecit ascendere multo labore depressum.
Tunc Paris bellum intrauit 7 ex parte Grecorum Achilles qui cum suis sic po
tenter irruit in Troianos quod Greci in uirtute Achillis Troianos uertunt in
fugam. Et Troiani sunt dantes terga conuicti. Et in Ciuitate se recipere festinabant.
Interim dum Margariton unum de filiis Regis Priami interficere conaretur. Ac
chilles dum ille sibi uiriliter restitisset. Achilles interfecit eundem. Tunc cla
mor fit maximus de morte Margariton crudeliter interfecti. Thelamonius

Nota hic qualiter ille proditor achilles
interfecit Margariton unum (?)
filium regis Priamj